

Rome, 18 Mars 1602. *Dom. Pass.*

/ Illustrissime et Reverendissime Domine. Vix credet Reveren-
 dissima D.V. quanto dolore afficiar, quod negocium tam necessarium
 et tam pium tot moras et difficultates patiatur; sed vires meae
 non longius se extendunt, quam ut exhorter, et orem eos, ad quos
 5 negocium pertinet; quod iam saepius feci, et pigrum mihi non erit
 eadem iterum atque iterum loqui et scribere. Mitto igitur Reve-
 rendissimae D.V. literas, quas in hac re ad Nuncium Apostolicum
 scribo; et cum bona occasio se offeret, summum quoque Pontificem
 obsecrabo, ut auctoritate sua causam tam iustam brevi expediri cu-
 10 ret. Ego, Reverendissime Pater, hac ipsa die nova cruce oneratus
 sum: quasi enim debilibus humeris meis non sufficeret pondus Car-
 dinalatus, accessit Pontificis maximi iussu etiam onus Archiepis-
 copatus. Quod ideo scribo, tum ut pietas, et charitas amici optimi
 precibus suis apud Deum onus meum sublevare dignetur, tum ut sciat
 15 me post breve tempus Roma excessurum, et Capuam, Campaniae civita-
 tem, ubi sedes est Archiepiscopalis, omnino profecturum. Deus nos-
 ter, qui Deus est totius consolationis, consoletur cor vestrum, et
 20 afaciat cum tentatione proventum. Datum Romae die 5 Maii 1602.

D. Abbas Fuldensis.

20 [F. B. 5, f.114. Minute autogr. Fuligatti, Epp.famil. XXII,
 avec la fausse date du 5 mai.]